



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De concitatione & conciliatione. Capvt X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ditorum simplex credulitas, qui se fascinari, & quasi naso duci permittunt. Adhortatorum veteratorum ingenium, & fraudes, confilio ad impellendos animos composita notantur. Res aut mala, aut vilis: aut si bona est, dura, laboriosa, difficilis, & supra facultatem omnem ostenditur.

Mones aurei à vanis hortatoribus promissi deridentur: contra labores, & pericula, & incerti exitus; & si contingant, parum frugiferi, exaggerantur. Dissimilitudo exemplorum, si quæ ab aduersariis sint intertextæ, plenius indicatur. Alia, & magis nota, & communibus hominum sensibus accommodata proponuntur. Ad summum animi à iuanda honorum specie, ad terrores, & impeditas difficultates traducuntur.

De concitatione & conciliatione.

CAPVT X.

Quæ de affectibus odij, & iracundiæ, eiusque lenimentis antea dicta sunt, concitationis, & conciliationis artificium satis ostendunt. Ac animos quidem ad iracundiam, atque odium, obiecta præsertim iniuriæ atrocioris speciei, eaque Rhetoricis excitata coloribus, haud est operosum; cum omnes ad suas vlciscendas iniurias, non leui propensione rapiantur. At verò ardentes sanis restinguere,

Hoc opus, hic labor est.

De priuatis conciliationibus nihil dico, in quibus, & ars, & prudentia requiritur singularis; Quid in pacandis essetæ multitudinis animis, quæ præsidia satis secunda reperiri possint? Certè fatendum est, debilia hic esse eloquentiæ opera, nisi alijs præsidijs sustententur. Quis enim furenti belluæ inermem suadam obijciat, aut musco contentu tigris emollire tenter: quanquam multum potest diserta oratio, nisi tamen alium habeat comitarum; quam verborum, parum secunda est: quem verò sapientiæ, sanctitatis, amplitudinis, beneuolentiæ, amoris, addo etiam radios quosdam maiestatis, quos Deus imprimere solet in eorum vultu, quos sibi veluti vicarios in regendis hominum sensibus constituit.

Tum pietate grauior, & meritis, si foris virum quem,

Conspexere, silent.

Hac ratione Iulius Cæsar seditionens exercitus verbo vno compefcuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detestabant. Augustus vultu, & aspectu Adriacas legiones deterruit. Alexander Seuerus admodum adolefcens tumultuantes copias ira repressit, vt & vultus pondus, & oculorum fulgura non ferrent.

Hæc igitur prima lex conciliandorum animorum, dicentis auctoritas, & maiestatis apex venerandus. Deinde tempora diligenter obseruanda sunt, nec temerè calenti adhuc turba, etiam cum iustissimis auctoritatis, & innocentie præsidijs credendum. Primi enim impetus solent esse belluarum, qui semel atque deflagrant, liberiorem aulam orationi, prehensionisque permittunt. Postremo etiam, & venæ hominum tenendæ, sensusque delibandi, & perichitandæ voluntates, & origo mali pertenda, vt quid dolent, quid cupiant, quid timeant animi, plenius agnoscat. Ad summum, modò lenimentis, modò etiam seuerioribus remedijs, prout res, & tempora postulabunt, vulneri medendum est.

Sunt apud Cornelium Tacitum duo insignia pacandarum seditionum exempla, in quibus, & in rebus ferè iisdem diuersa hominum ingenia, variisque, & multiplices negotiorum tractus cernuntur. Turbatur in Pannonia, & grauis oritur seditio, auctore Percennio: Agnosce primum hominem, & malas artes concitationis.

Erat (inquit) in castris Percennius quidam dux olim Theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua, & miscere coetus histrionali studio doctus.

Digna fax hæc seditione: nunc animaduerte, quam opportunè tempus captat, & percuticulos primum rem aggreditur.

Is impenitos animos, & quænam post Augustum militiæ conditio ambigentes, impelleret paulatim nocturnis colloquijs, aut flexo in vesperam die, & dilapsis melioribus deterrimum quemque congregare; Postremo præcipit iam, & alijs seditionis ministris, velut concionabundus, interrogabat.

(Agnosce insigne artificium linguæ virulentæ.)

Cur paucis Centurionibus, paucioribus  
H h h h Tii

Conciliationis methodus.

Concitationis insigne exemplum.

Tribunis, in modum seniorum obedirent: quando ausuros exposcere remedia, nisi noui & nutantem adhuc Principem, precibus, vel armis adirent: satis per tot annos ignauia peccatum, quod tricens, & quadragena stipendia senes, truncato ex vulneribus corpore tolerant. (Deinde) Militiam grauem, infructuosam, denis in diem assibus, animam, & corpus aestimari. Verbera, & vulnera duram hiemem, exercitias a fastes, bellum atrox, aut sterilem pacem sempiterna.

Hi concitationum stimuli. Vide etiam faces. Vibulenus quidam gregarius miles, ante tribunal Blasi alleuatus, circumstantium humeris apud turbatos, & quid pararet, intentos.

*Concitatio  
n. ars ma-  
luta.*

Vos quidem, inquit, his innocentibus, & miseris, lucem, & spiritum reddidistis, sed quis fratri meo vitam, quis fratri mihi reddidit: quem nullum ad vos, e germanico exercitu de communibus commodis, nocte proxima iugulauit, per gladiatores suos, quos in exitum militum habet, atque armat. Responde Blase, ubi caduer abieceris, ne hostes quidem sepulturam inuident, cum oculis, cum lachrymis dolorem meum implerem, me quoque trucidari iube. Dum interfectos nullum ob scelus, sed quia utilitati legionum consulebamus, ij sepeliunt.

*Precanda se-  
ditionis ars  
in Druso.*

Misa ars concitanda multitudinis: quid postea? cooritur atrox tempestas, ad quam sedandam mittitur Drusus a Tiberio, rudis dicendi, sed cui promptum erat, ad asperiora ingenium; hic cum tripulenti adhuc vocibus concio streperet, nec satis tutum videretur consistere in publico, magnis artibus remtentat, & perficit. Nam, cum forte luna clarior penes caelo visa esset, languescere, hoc ad incutiendum militibus terrorem opportunum ratus, quae casus attulerat, in sapientiam vertit. Circumiri secretò tentoria iubet, accersit Centurionem Clementem, cui plurimum multitudo fidebat, & si qui alij bonis artibus grati in vulgus, qui tum & eadem culpa tenebantur, sibi deuincit. Hi commutata oratione apud suos disserunt.

Quousque filium Imperatoris obsidebimus? quis certaminum finis? Percennione, & Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Percennius, & Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur? Denique, pro Neomibus, & Drusis, imperium P. R. capebant?

quia potius, vt nouissime in culpam, ita praemi ad paenitentiam sumus; tarda sunt, quae in commune exposculantur: priuatam gratiam statim merere, statim recipias.

Ita per conscios, quam aptissime commotata, iam inter se suspectae ceterorum mentes: nec difficile coniurationis moles hoc artificio defluxit. Drusus, vt documentum seueritatis relinqueret, iam desertos a seditionis concitationis duces, Percennium, & Vibulenum interfici iubet, & totam rem pacat.

At vero Germanicus Caesar eodem tempore: ad tumultum in Gallijs compescendum mittitur, qui, vt erat, vir eloquens, & mansuetus, rem leniori brachio aggreditur, orationem habet magnificam, in qua, a veneratione Augusti ortus, flexit ad victorias, triumphosque Tiberij, Italiae inde consensum fide Galharum extulit: Mox seditiones increpas. Vbi modestia militaris, ubi veteris disciplinae decus? quoniam Tribunos? quo centuriones exegisti?

Quid haec lenis maiestas profuit orationis: apud inconditam multitudinem? quae dedecora non exorbuit Germanicus? Eo usque deuentum est, vt cum oblato, si vellet, imperio, se moriturum potius, quam fidem exuturum clamitaret, ferrumque à laeue directum deferret in pectus, quidam hortarentur, vt feriret: Quin & Calusidius quispiam strictum obtulit gladium, addito, acutiorem esse.

Nec satis, nocte concubia, concursu ad iannam facto, reuulsisque foribus, Caesarem intente mortis metu vexillum tradere subigunt, in legatos ipsos effere seunt, & omnia dita tumultus facie confundunt.

Qua tandem ratione pacata seditio, miseratione potius, quam auctoritate. Nam cum à furentibus Caesar filiolam Caligulam, & Augustam uxorem summo uerter, incederetque muliebres, & miserabile agmen, profuga, ducis vxor, paruulum sinu filium gerens, pudor inde, & miseratio, quae eorum rediit milites, vt mutari scirent in seditiones.

Lentiora quidem haec remedia, sed iam mitiora iucunt.